

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

In Cleomenem annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

cumago. Ergo Cleopatra extenuat praesentiam Caesaris à loci nomine petita iocum materia: quod fugit utrumque interpretem.

846. c. Cum e Arunsio] Hinc ab Octavio mediam aciem tenuisse, apparet ex hoc loco, Paterculus lauum cornu ei commissurum dicit.

919. a. Halis iuxta mare humato] Locus est Atticae, Ἀλυσί. De quo apud Stephanum.

953. Caesaris in multis, &c.] Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαταλείν. Allusio ad

Homericum illud nobilissimum dictum, de Iliad. 2. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκαταλείν. -- multos dominos non expedit esse.

955. d. Ex Marcello illa filias duas] Remitto te ad typum & explicationem genealogiae huius quam ad finem nostratum in Dionem annotationum adiecitimus.

IN COMPARATIONEM.

957. a. Postremo ut Par.] Alludit eleganter ad ea quae sunt apud Homerum Iliad. 3. ad finem.

IN AGIDEM ANNOTATIONES

Guil. Xylandri & Herm. Cruferii,

interpretum.

Agis ultimus Spartanorum ex familia Eurytionidarum rex fuit, Arati Sicyonii aequalis & Antigoni regis Macedoniae. Circa annum V. C. maximo dx. floruit. Estatim successit in altera familia Cleomenes. Olympiade cxxxix. mortuum Antigoni P. lybius in fine secundi libri ostendit: quo tempore Cleomenes paulo ante ab eo victus in Aegyptum profugit, ibique sub Ptolemaeo Philopatore petiit. quo tempore etiam Marcellus G. illos vicit.

734. b. Vbi iam non erat illud dici quod solet. Rectum licet non sit, &c.] Xyl. vertit Notum illud est, Quod non honestum est, iam turpe esse sentias. & annotat, Alludit Plutarchus ad sententiam Graeci alicuius poetae, (neque autor, neque locus nunc succurrit. & tamen memini me legisse alicubi, sed querendos non suppeditat) qua limites honesti & inhonesti ita distinguuntur ut ubi honestum desinat, ibi incipiat turpitudine. Itaque locum quem ob breuitatem non est assequutus Tudertinus aliquot verbis additis parenthesisque illustrat. Est autem in Graeco pars senarii: ἐπι μὴ καλῶν, ἀσχηδόνων.

Ibidem, d. Eurytionides] Dixi de hoc vocabulo in Lycurgo. Duæ enim fuerunt regia familia Lacedaemone: Eurytionidarum seu Eurypontidarum una. Agidarum altera. quod neque Tudertinus, neque Amiotus hoc loco obseruauerunt. Eurytionides in Graeco legendum.

Ibid. Apud Mandonium] Non memini legere hoc nomen alibi. Historia est apud Diodorum Sculum libro decimo sexto, qui eadem die id factum ait qua aqua Charoneam Philippus Graecos vicit. meminit etiam Pausanias.

Ibid. e. Alterius fuit familia Agiades] Xyl. vertit, Ex altera regum familia qui Agide appellantur. & annotat: In Graeco mendum est, Ἀπαθὴς πρὸς Ἀγιάδων. nam Ἀγιάδαι, & Ἀγιάδαι, etiam, apud Pausaniam scribuntur. Interpretes familia nomen omiserunt.

Ibid. f. Qui regnum non tenuit] Xyl. vertit, Neque tamen regno potuit esse. & annotat, Tudertinus contra & Graeca verba & historia veritatem scripsit regnum, à Cleonymo, sed non diu. Nam Aro fuisse regnum mandatum repudiato Cleonymo, non hic modo sed & copiosius in Pytho Plutarchus, perspicue in Laconicis Pausanias narrat, & alii.

799. b. Auaritiam] Extat apud multos Graecos scriptores oraculum Apollinis Pythii, in hanc sententiam versu hexametro pronunciatum: Ἀφιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ὅμοιο δὲ οὐδὲν. Meminit Cicero lib. 2. Offic.

Ibid. Thalamis] Xyl. habet, Thalamis & annotat, ἐν θαλάμῳ. Scribendum ἐν θαλάμῳ, ex Pausania Laconicis & Stephano: tamen hic assignat Messenius, ut de alia vrbe loquutus videatur. Nam hæc quidem Laconica est, θαλάμῳ Ptolemaus nominat.

Ibid. e. Thales.] Cretensem intellige, de quo supra in Lycurgi vita.

Ibid. f. Ecrepem] In Laconicis Apophth. ἐμπερη, Emerepes, legitur: quod & Erasmus retinuit. Mihi hæc lectio verior videtur.

803. c. In Decadem] Fortasse legendum Caiadam, quem lexica Graeca carcerem regium tradunt esse. & ita etiam legitur apud Thucyd. C. Item Xyl. annotat, τῷ καλουμένῳ Δικαδῶ. Sed τὸν καλούμενον Καϊάδων legendum minimè dubito. quandoquidem Δικαδῶ hanc à nemine adhuc autore alio nominari inuenierim. Καϊάδων autem de simili re, scilicet Pausania exitu, scribens nominet Thucydides libro primo. atque sic legitur etiam apud Suidam. Eustathius in Illiades, & initio d'Ulyssæ, Καϊάδων vel Καϊάδων scribit, innuit. que sic dictum à futura terra.

804. Tantam sunt hæc, inquit, ex usu reip. Spartana] Xyl. vertit, Modo, inquit Sparta hoc profuit, & annotat, οὐκ ἔγωγο pro optatiuo accipendum duco, cuius est tertia persona aoristi. Interpretes In hoc duntaxat utilis Sparta fuit. atque hoc etiam Erasmus sequutus est. sed mihi nimis longe petitum videtur: & non τῶν τε, sed τῶν, erat legendum, si intelligi debuit hoc eam dicere. Nihil se præterea patriæ potuisse dare quam quod Agidem peperisset, euentum enim eius confitorum præstari se nequiuisset. Noster sensus & verbis congruit, & simplicior, muliereque dignior est.

Ibid. f. Dorii] Erant hi Heraclidae, ex posteris Herculis, de quibus v. de quæ p. ssim sunt apud Pausaniam, præsertim in Argolicis & initio Laconicorum: & Diodorum lib. 4.

IN CLEOMENEM ANNOTATIONES

Guil. Xylandri & Herm. Cruferii,

interpretum.

805. a. Eo extinto parum nauis &c.] Hic vitam Cleomenis orator. Est enim in Graeco diuisa à priore non sit, tamen id nobis perspicuitatis causa faciendum videbatur. alioquin animaduerti multa ex Cleomene citari quae sunt in Agide: & vicissim.

Ibid. c. Lubricum erat Agide ea de causa perempto, &c.] Xyl. vertit, Periculosum erat Agide, quod conatus ea fuisse in urbem reducere, in seculo. annotatque, οὐδὲ ἀσφαλὲς τὸ πύργον. Quod postestimum vocabulum est mendosum, ac nisi quid desit, τῶν videtur non potendum. Sensum arbitror me aperuisse.

Ibid. d. Ad demulcendos inuentus animos] Xyl. vertit, Demulcendum blandiendo. & annotat, ἀνέκλειον. An per duo m scribunt: sed tamen ἀνέκλειον etiam legitur ὁ κόλαξ. Tudertinus non recte verit Incitandum. Indicabat autem Leonidas, annis puerorum Tyrtæi carmina suauitate sua illabi, eoque delinire, ut præcepta honestatis seuerat utique & aspera accipiant atque amplectantur. Hæc enim vis est poetæ, atque inde Orpheus & Ampionis fabulæ tractæ: quod & Horatius monuit. Esse autem ἀνέκλειον blandiri & delinire, cum grammatici Graeci docent, tum testimoniis ostendunt.

dipotest. Apud Aristophanem in Equitibus ἀνὰ πώλην ille oraculo delinuit: τὰ μὲν (inquit) λόγῳ ἀνέκλειον με. Vbi quod addit Scholiastes, legere quosdam λόγῳ καλῶ, lectioni Plutarchianæ videtur ad stipulari, quæ vno tantum legitur. ita enim affinitor lectio alteri est. Et Philostratus in vita Apollonii Tyanei, lib. 2. cap. 5. elphantum describens qui magistro suo ablandiretur, inter alia περιόνητα τε, αἰε, τὴν περιόνητα τε, αἰε, &c. Tyrtæi autem fragmenta extant quædam: unde qualis fuerit poeta, hodieque æstimare homo non ineptus possit.

Ibid. e. Lacedaemonii dicuntur ἐμπροσθεν] Idem etiam ἐμπροσθεν dicebatur. Vnde eis, πικρὸς amator vocabatur, amantissimus αἰε, tamen si hoc vocabulo etiam amator exprimitur aliquando, ut apud venustissimum poetam Theocr. Idyllio 28. quod inscribitur Amator: Σπρροτὸ δὲ ὕμνος αἰε, ὃ γὰρ θεὸς ἰδὲ δὲ κἀεῖν. Idem αἰε, Idyllio 11. Δοῖω δὲ πνε τῶδε μετ' ἀμφοτέρωσι γῆρσι. Φῶδ' ἰο μὲν, εἰ. πηλο, φαίηχ' ἀμυκλαῖδων. Τὸν δὲ ἐπεὶ οὐκ ἔστιν, ὡς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἰποι, αἰε. Vide quae ibi sunt in Scholiis.

806. b. Vt in unum corpus Peloponnesios redigeret] Id est, in vnam ciuitatem atque foedus: quomodo Achaicas paulo ante vices

vrbes in vnata ciuitatem contraxerat, vt copiose Polyb. l. 2. & noster in Arato ostendunt. In Græco est εις μιαν σωματιν. Quæ vox quum aliquando tributum significet, (vt in Arato, & alibi etiam apud hunc ipsum autorem) inepte Tudertinus contra loci huius & historiarum naturam id arripuit: quasi vero non omnis respub. & ciuitas eleganter σωματιν diceretur.

Ibid. c. Prope Belbinam) Laconicæ oppidum hic intellige, non insulam Eginæ vicinam. Hoc oppidum Stephanus nouit. Pausaniæ est (nisi male suspicor) Βελβινα, Belemnina, & Ptolemæo Blemmina, Βλεμμίνα: Suidæ Βελβίνα, Belybina. nam recte ita legi ordo literarum testatur.

807. c. Eductis copiis occupat Leuctra) Apud Polybium, grauem & accuratum scriptorem, & à quo hanc narrationem potuit noster mutuari, locus hic non Leuctra, sed Λαοδίκια iterum nominatur, Λαοδικία: lib. 2. Idem Megapolitanorum tyrannum Λαοδίκην, Lyfiadem, vocat: quam genuinam esse scripturam, & hic vitio poni Λαοδίκην, puto. Quippe in Arato etiam semel Λαοδίκης, deinde semper Λαοδίκης legitur. De cæde etiam Archidami idem Cleomenem, vbi l. 5. mortem huius describit, insinuat. Porro quod est hic, Apud ipsam urbem, de Megalopoli videtur intelligendum.

808. a. Alcam) Hoc vocabulum nunquam alibi reperio: de Arcadica aliqua vrbe dici apparet. Videndum an de Alea loquatur, & Αλίας vel sane Αλίας scripserit autor. Aleæ in Arcadia cum alii autores, tum Plinius quoque meminit lib. 4. cap. 6.

Ibid. d. Si metus est simul est verecundia) Prouerbialis herouei versiculi pars est, de autore mihi non constat: antiquum esse satis patet, quum de eo etiam Plato in Euthyphrone disputet. Homeri verba priora, sunt Helenæ ad Priamum lib. 3. Iliadis: posteriora, de Græcis cum metu & silentio suis ducibus obtemperantibus, lib. eiusdem operis quarto.

809. d. Et clypeum ferre amento non appensum) Xyl. vertit, Et scutum ferre non loro appensum, sed armilla. & annotat δι' ὀχάνης, ἢ διὰ πορπακῆς. Cur ita verterim, dicam. πορπαξ hoc loco mihi videtur dici lorum quod fibulis scuto anneau ab humero sinistro & collo dependebat, eoque scutum tegebatur antiquitus. ὀχάνης vero, quæ & ὀχάνων dicitur, intelligo ansam siue armillam in tergo scuti, cui brachium sinistrum inferretur, atque ita scutum gestaretur atque regeretur. Omnino autem quod alias λαμφὸν dicitur, id hic appellari πορπακῆ existimo. Neque piget Herodoti verba adscribere, optime hic facientia. sunt autem ex lib. 1. vbi de Caribus loquitur, καὶ ὄχανα ἀκασιεὶ ἔπι εἰσι οἱ πηλοσάμνοι πορπακῆν. πῶς δὲ αὐτοὶ ὀχάνων ἐφόρον παρ' ἀκασιεὶ πῶς οἱ αὐτοὶ ἐώθεισαν ἀκασιεὶ χρεῖσθαι, πηλοσάμνοι σκυπνοῖσι οἰκίζοντες. πῶς πῶσι αἰχῆσι πῶ πῶσι ἀεγροῖσι ὤμοισι πορπακίμνοι. Hinc est illud Virgillanum: - Clypeoque sinistram Infert abam aptans - & multa similia passim. Eustathius hæc non accurate distinxit: quem in præsentia missum facio.

813. e. Onia dicunt) Xyl. vertit, Sed montes tantum eos qui Onij dicuntur: (quasi si Asinios Latine appelles) & annotat, τὰ ὄνια in Græco est. quod vterque interpretum sequutus, de locis opportunis in genere vertit: quasi hoc sit ὄνιον, ac non potius id quod nos venale dicimus. Ego mendosum locum suspicatus facile fui, neque difficulter tamen emendari posse deprehendi. Legendum dico τὰ ὄνια: vt montes Onij intelligantur, qui à Scironis petris, ea parte qua ad Atticam est via, vsque ad Bœotiam & Cithæronem pertinent. Scabo lib. 8. Cæterum

Gerania mons est inter Megaram & Corinthum, cuius & Stephanus De urbibus, & Pausanias in Atticis, quo loco Megaricam describit, meminerunt: quorum hic etiam nominis rationem adfert, quam inde petent qui volunt. Meminit & Plin. lib. 4. cap. 7.

816. c. Frequentibus comitatus militibus) εις Α' ῥοι, πολλοὶ ἔχοντες. Legendum ἢ πολλοὶ, quod & Tudertinus vidit. requirit enim hoc sensus. Quod autem creditum est Cleomenem temerarium fuisse quod in Argolicam impressionem faceret, nequam potest aut debet ad multitudinem militum Antagoni, sed naturam locorum refert: quod disertis verbis Polybius in huius historiarum expositione testatur, haud procul sine libr. 2. quem quidem noster sequutus est, quod & ipse præ se fert.

817. b. Sed percussis in rhomphaæ figuram effectis) ρομφαίαις. Rhomphaæam in Paulo Plutarcho. vlturpauit pro hasta Thracica in descriptione prælii quo Perseus est victus. Eam ego apud Cornel. Tacitum frameam arbitror appellari. De moribus Germaniarum prope initium: aut certe non ita absimilia ea inter se fuisse, vt ita vertere nobis non liceat. Quod si cui non placet, bona mea pace Rhomphaæam retinebit: quando Gellius etiam videri potest eam à framea diuersum quippiam iudicasse, lib. 10. c. 15. vsusque rhomphaæ vocabulo Ennium idem asserit. Eustathius quidem in Iliad. v. scribit ab antiquis traditum esse, solos barbarorum Thracæ magnis vsos gladiis, eosq; à nonnullis appellatos rhomphaæas.

Ibid. c. Cyllarabim) Supra Cyllatabium dixit: quod vocabulum apparet esse denominatiuum. Κυλλαεβίη autem hic scribendum satis constat, etiam ex Varino ordinem literarum sequuto. Est autem Cyllatabis gymnasium Argiuorum, minus c. c. passus ab vrbe. Liu. lib. 34. Pausanias lib. 2. à Cylarabæ (vnicò λ. scribitur Κυλλαεβίη) Stheneli F. dictum ostendit.

Ibid. e. Panis confectio, inquit, prior est proreta) Locus hic in exemplari Græco est mendosus. Videtur hoc prouerbio innuere, pecuniam prius & comæatum comparandum quam naues conscendant. Cr. Sic & Xyl. annotat, id est, Oportet priusquam proæ & clauo præficiantur tectores, & classis instruat, de comæatu & sumptibus constare. Sic ego diuinari: quum nihil aliud suppeteret. Tudertinus clausis oculis sententiam in genere extulit, præterito eo quod erat obicium. Amiotus locum corruptum iudicauit. Mihi quidem enigma est: fortasse nauticum, & quod in re naturali vsurparetur communi sermone, dicitur: qualia videmus vulgo singulis prope artificibus sua esse, quæ non omnes alii intelligant. Viderint doctiores.

818. c. Qui in insidiis cur adis profectus erat) Xyl. vertit, Qui in insidiis profectus erat, annotatq; Scilicet vel cauendis, vel etiam hosti struendis. Sic enim vocabulum κρυπτεία intelligo, quum κρυπτεία sit πῶς κρυπτεία, & videtur huic loco quadrare. Nā Tudertinus omisit alter in genere vertit. Sane in vita Lycurgi etiam heilorum illa occidio per insidias facta κρυπτεία nominabatur: vt verisimile sit, insidias κρυπτεία Spartanos dixisse.

820. c. At senior Ptolemæus) Nimirum Euergetes, cui successit Philopator. Vide Polybium lib. 5. & alios.

821. b. At charo pector tabem) Locus est primo Iliadis. Porro Apin bouem esse quem religiose Ægyptii sacerdotum ὄρκοι ra educant, notum est.

IN TI. GRACCHVM ANNOTATIONES GVIL.

Xylandri & Herm. Crusærii, interpretum.

TI. notam esse prænominis Tiberius, notum iam est. Diuisi autem has quoque horum fratrum vitas, vt eo magis omnia perspicua & suis distincta locis haberentur. nihil enim hæc diuisio parallelorum comparationi detrahit. Hic Ti. Gracchus de quo agimus, ita scribi potest, Ti. Gracchus, Ti. F. P. N. nam Gracchorum auum, patrem eius Ti. Gracchi qui uxorem habuit Corneliæ, Africanæ superioris filiam, Publium prænomen habuisse, Cicer. 1. De diuinatione ostendit. Nomen gentis fuit Sempronius, Gracchus cognomentum. De ætate Gracchorum non est obscurum. prima enim ciuillis sanguinis effusio morte Ti. Gracchi facta est. à qua & sua ἐμφύλια Appianus orditur, & L. Florus. Cæsus est anno V. C. DCXXI. L. Calpurnio, P. Mucio coss.

824. c. Hunc fama est &c.) Hæc historia apud Cic. lib. De diuinatione vtroque ex C. Gracchi Ti. F. P. N. ad M. Pomponium scriptis recensetur.

825. b. Licinium seruum) Xyl. habet Licinnum. & annotat,

Λικίνιον. Vide Ciceronem libro tertio De oratore extremo: vbi quidem Licinius vnicò n. scriptum reperies. Nam & hoc animaduerti, modo eam literam geminari, modo non geminari. Atque ipsam syllabam pro communi videtur Horatius habuisse. Nam in eo carmine, Regius viues Licini neq; altum, Licini anapestus est. in hoc, Me dulcis domina Musa Licinia, Liciniæ diambus est. atq; haud scio an Liciniæ scripserit Horatius, vt esset ἀδελφῆσσις: sicut C. Gracchi vxor infra Λικίνια dicitur. Verum id genus per multa possunt annotari.

829. a. Neque enim in vinolentis solum, &c.) Xyl. vertit, Bacchanalibus. & annotat Peruenuste alludit ad illud Tiresiæ apud Euripidem in Bacchis: - ἀλλ' ὡς τῆ φλόγ τὸ σπυρονεῖν ἐνεστι εἰς τὰ παύτ' αἰετ. Τὸ δὲ σπυρονεῖν χρεῖ. Ἐ γὰρ ὡς βακχῆμασιν οὖον ἢ ζε σπυρονεῖν ἢ δὲ φθάρησται. Quod leuiter immutatam Aristippus apud Dionysium tyrannum fertur vsurpasse.

830. c. Sed Mucio quodam, eius cliente) Xyl. habet Mucius. & annotat, Appianus libro primo ἐμφύλ. Q. Mummius appel-